Ysaac portat lignum ad cremandum corpus proprium.

Und leitten jm sin cleyd wider an daz sie jm vor mals hettent us ge zogen Und leitten jm sin crütze uff sine achslen daz er es trüge an die stat siner martel etc.

altare



Prima figura

Hec autem baiulacio crucis xpi ihu iam narrata
Olim fuit in ysaac filio abrahe prefigurata
Ysaac enim ligna proprijs humeris afferebat
In quibus eum pater suus ymolare domino intendebat
Sic xps humeris proprijs crucis patibulum baiulauit
In qua gens iudeorum suspendere affectauit
Ysaac autem per adiutorium angeli a morte est liberatus
Et aries in dumis pendens loco ipsius est ymolatus
Xpo nec aries nec aliqua creatura parcebat
Sed ipse solus omnia sustinuit et pro nobis ymolabatur
Ysaac audiens quod pater ipsum domino ymolare volebat
Voluntarium se ad ymolandum esse dicebat
Sic filius dei celestis usque ad mortem obediuit
Et se ad omnia patris imperia voluntarium exhibuit
Nam pater et filius et spiritus sanctus misticum consilium habebant
Nam quasi unum pro salute generis humani mittere disponebant
Cumque pater diceret quem mittam et quis ibit ex vobis
Respondit filius ecce ego mitte me quia sum paratus

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/speculum1436/0124
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg